



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 16. Cæsareorum rationes contra juramentum a Papa petitum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

fuisse, si vero eorum nonnulli per suos Oratores diadema a Papa recepissent, ac tum se fidem Catholicam defensuros promississent, ne ipse quidem idem præstare renueret. Pontifex cum Maximiliani pertinaciam animadverteret, etiam ipse remissius egit, contentus, quod hic Princeps saltem erga Sedem Apostolicam quovis pacto fidem suam obstrictam demonstraret: verum Maximilianus juramento se adstringere recusabat, eoquod illud nec Maximilianus I. nec Carolus V. ut inquiebat ille, præstitissent.

§. XVI.

*Cæsareorum rationes contra juramentum a Papa petatum.*

Ceterum Cæsarei objiciebant, quod, si de ejusmodi juramento vetera adducantur exempla, ea fuerint tum fortasse accommodata illius temporis Imperatoribus, a quibus par erat, ut Apostolica Sedes exigeret hujusmodi cautiones ob eas vexationes, quas sæpe illis insectantibus tolerabat: rebus autem nunc mutatis, ac regnantibus Imperatoribus, qui sunt veri Ecclesiæ defensores, eique apprime addicti, ejusmodi cautela omnino superflua videatur. Præterea hæc addebant: „jusjurandum illud Canonis, *tibi Domino*, fuit in usu,

Gg 4

„dum

Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.

Sæcul. XVI. "dum Cæsar Coronam suscepturus Ro-  
 A.C. 1563. "manum territorium ingrediebatur,  
 "cum autem nunc Romanorum Reges  
 "prima coronatione contenti sint, id-  
 "circo hæc lex præsentibus conditioni-  
 "bus haud aptari potest: nec memoria  
 "exstat hujusmodi recentis juramenti,  
 "antequam Reges Romanorum secun-  
 "dum *Bullam auream* eligerentur: illud  
 "vero quod hodie in usu est, utpote ha-  
 "bitum in tam celebri Germaniæ con-  
 "cursu, longe majoris æstimationis vide-  
 "tur, quam quidquid ageretur in Vati-  
 "cano Senatu: porro recentius Caroli  
 "IV., quod affertur juramentum, non  
 "videtur plurimi faciendum: cum enim  
 "ille Princeps electus fuisset eo tem-  
 "pore, quo Ludovicus Bavarus regna-  
 "bat, mirum non est, inductum illam  
 "fuisse ad quamcunque legem a Ro-  
 "mano Pontifice accipiendam, prout  
 "ab eo fieri solet, qui nonnisi nomine  
 "Principatum obtinet, & aliena indi-  
 "get ope ad reipsa possidendum: præ-  
 "terea ab Oratore arbitrato suo, non  
 "autem suorum Principum mandato il-  
 "lud aliud jusjurandum oblatum fuit,  
 "quod habebatur a Cæsare jam regnante,  
 "dum a Pontifice coronam accipiebat;  
 "verum valde indecora videtur confuso  
 "rituum, officiorumque in hujusmodi  
 "actionibus, quæ adeo variabant, ad-  
 jectis

"jectis cæremoniis diutius usurpatis, si  
 "tamen talia juramenta secundum il-  
 "lorum veterum tenorem, quæ Ponti-  
 "fex adducit, reipsa fuissent habita sive  
 "a Carolo V., sive a Maximiliano I. non  
 "esset credendum, hujus rei tabulas,  
 "prout Papæ fautores concedunt, in Ur-  
 "bis direptione fuisse deperditas, cum  
 "hæ conservari soleant a Romanis Pon-  
 "tificibus in arce Ælia, quo Clemens  
 "VII. & se, & pretiosissima quæque  
 "reperat.,

§. XVII.

*Hanc controversiam decidendi media.*

Eadem ratione Cæsarei cetera argu-  
 menta a Romanis allata refelle-  
 bant, atque exinde inferebant, quod  
 Maximilianus juramentum a se peti-  
 præstare non teneretur: cum autem  
 summus Pontifex hanc Romanorum Re-  
 gis constantiam probe prævideret, hinc  
 jam antea, cum sua mandata dede-  
 rat, Legatis injungebat, ut, si Ma-  
 ximilianus flecti non posset, mox  
 totum hoc negotium silentio involve-  
 rent, ne ipsius animum magis exaspe-  
 rarent: itaque moderatum hoc Ponti-  
 ficis consilium effectui datum, quam-  
 vis id nonnulli Romanæ Curix studiosi  
 veluti nimis benignum reprobarent, at-  
 que ægre ferrent, quod Pontifex omni-

Sæcul. XVI.  
A. C. 1562

Pallav. c. 6.  
 num. 13.  
 Visc. lett. 59.  
 du 26.  
 D' Aout  
 pag. 299.

Gg 5 bus